

*NvK an Conradus Quantz, Priester der Diözese Mainz. Er reserviert ihm ein Benefizium, für das dem Dekan und Kapitel von St. Peter und Alexander zu Aschaffenburg Präsentation und Kollation zustehen.<sup>1)</sup>*

*Kop. (in Nr. 2046; s. dort): ASCHAFFENBURG, Stadt- und Stiftsarchiv, Stiftsarchiv, U 4058.*

*Unbeschadet aller Benefizien, die Konrad schon besitze und die hier nicht einzeln aufzuführen seien, reserviere er ihm das genannte Benefizium, das mit Seelsorge verbunden, auch ein Kanonikat und eine Prébende sein kann, zur Zeit vakant ist oder noch vakant wird und das ihm binnen Monatsfrist nach Eintritt der Vakanz zu übertragen ist, sobald er es annimmt. Er verbietet Dekan und Kapitel, über das Benefizium vorher in irgendeiner Weise zu verfügen, und erklärt solche Verfügungen für nichtig. Er befiehlt den Scholastern von Mariengreden<sup>2)</sup> und von St. Stephan<sup>3)</sup> zu Mainz, für die Übertragung zu sorgen und Konrad in den persönlichen Besitz einzuführen.*

<sup>1)</sup> *Abfassung nach dem üblichen kurialen Formular Vite ac morum honestas; vgl. hierzu S. Weiß, Salzburger am Hof Papst Martins V. in Rom (1420–1431), in: Röm. Quartalschr. 86 (1991) 68f. ("Das Formular 'Vite ac morum honestas'").*

<sup>2)</sup> *Hermann Rosenberg.*

<sup>3)</sup> *S.u. Nr. 2046.*

*NvK an Georgius Hoeloch, Kanoniker am Neumünster in Würzburg, dect. doct.<sup>1)</sup> Auf Bitte B. Gottfrieds von Würzburg, der über alle Pfarren das Interdikt verhängt hatte, in denen sich auch nur einen Tag lang über den von ihm gesetzten Termin hinaus Klerikerkonkubinen aufhalten, befiehlt er Hoeloch, alle Kleriker von der Irregularität zu befreien, die trotz des Interdikts dort Gottesdienst gefeiert haben und sich des Konkubinats enthalten wollen.*

*Kop. (1452 III 8, als Insert in Nr. 2348; s. dort): LUDWIGSBURG, StA, B 186 (Reichsstadt Schwäbisch Hall), U 1139 (= L); (18. Jh.): WÜRZBURG, StA, Würzburger Standbuch 774 (alt: 276) f. 263<sup>rv</sup> (rechts unter der Kopie: H. Pomert) (= W).*

*Erw.: SCHWÄBISCH HALL, Stadtarchiv, Rb 2, 1 f. 38<sup>v</sup>; Pietsch, Urkunden II 238f. Nr. 2179; Wendehorst, Stift Neumünster 379f.*

*Textgestaltung nach L.*

Honestis supplicum votis libenter annuimus eaque favoribus prosequimur oportunis. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte reverendi patris domini Godfridi episcopi Herbipolensis peticio continebat, quod olim ipse concubinatus crimen a clero civitatis et dyocesis sue evellere volens per suas litteras et processus desuper habitos inter alia mandavit, ut clericorum beneficiatorum aut in sacris ordinibus constitutorum in civitate et dyocesi predictis moram trahencium concubine infra certum terminum peremptorium tunc eis prefixum parochias, sub quibus iidem concubinari beneficiati existerent aut moram traherent, exirent et ab eisdem parochiis recederent neque ad ipsas ac earum terminos unquam redirent, alioquin dicto termino elapso, quamdiu et quociens sub ipsis parochiarum terminis et limitibus vise fuissent aut gressum fecissent seu moram traxissent et post earum abinde recessum per unum diem continuum, in ipsas parochias et earum ecclesias ecclesiasticum poneret interdictum, sperans per earum concubinarum absenciam et loci domicilii distanciam facilius idem concubinatus crimen summovere.

Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, plures ex clero civitatis et dyocesis predictarum ipsius mandati continenciam fortasse non advertentes et uti iuris ignari eodem ecclesiastico interdicto durante in locis interdictis huiusmodi, non tamen, ut creditur, in contemptum clavium, divina celebrarunt et se illis immiscuerunt, propter quod irregularitatis notam et infamie maculam incurrerunt, quare pro parte ipsius episcopi nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis super hoc oportune providere dignaremur, nos igitur attendentes, ut circa multitudinem micus sit agendum, huiusmodi supplica-